

Thomae de Aquino

Oratio ad beatissimam Virginem Mariam

O beatissima et dulcissima virgo Maria,
mater Dei omni pietate plenissima,
summi regis filia,
domina Angelorum,
mater omnium credentium,

in sinum pietatis tuae commendo hodie et omnibus diebus vitae
meae
corpus meum et animam meam,
omnesque actus meos,
cogitationes, voluntates, desideria, locutiones, operationes,
omnemque vitam, finemque meum:

ut per tua suffragia disponantur in bonum,
secundum voluntatem dilecti filii tui Domini nostri Jesu Christi:
ut sis mihi, o domina mea sanctissima, adjutrix et consolatrix
contra insidias et laqueos hostis antiqui,
et omnium inimicorum meorum.

A dilecto filio tuo domino nostro Jesu Christo mihi impetrare
digneris gratiam
cum qua potenter resistere valeam tentationibus mundi, car-
nis et Daemonis,
ac semper habere firmum propositum ulterius non peccandi;
sed in tuo et dilecti filii tui servitio perseverandi.

Deprecor te etiam, domina mea sanctissima,
ut impetres mihi veram obedientiam
et veram cordis humilitatem,
ut veraciter me agnoscam miserum ac fragilem peccatorem
et impotentem

Thomas von Aquin

Gebet zur allerseligsten Jungfrau Maria

O allerseligste und süßeste Jungfrau Maria,
Mutter Gottes, voll der Barmherzigkeit.
Tochter des höchsten Herrschers,
Herrin der Engel,
Mutter des Schöpfers des Alls:

Deinem gütigen Herzen empfehle ich heute und immerdar
meinen Leib und meine Seele
und alle meine Taten,
Gedanken, Regungen, Wünsche, Worte, Handlungen
und mein ganzes Leben und auch meinen Tod,

auf daß durch Deine Fürsprache sich alles zum Guten wende,
nach dem Willen Deines lieben Sohnes, unseres Herrn
Jesus Christus;
auf daß du, o meine heiligste Herrin, mir Trösterin und Helferin
seist
angesichts der Nachstellungen und Fallstricke des
Erzfeindes und aller meiner Widersacher.

Erwirke mir bei deinem lieben Sohn, unserem Herrn Jesus
Christus, die Gnade,
den Versuchungen dieser Welt, des Fleisches und der
bösen Geister machtvoll Widerstand zu leisten
und stets im festen Vorsatz zu beharren, fortan nicht mehr
zu sündigen,
sondern in deinem Dienste und in dem deines lieben
Sohnes zu verbleiben.

Ich flehe Dich auch an, meine heiligste Herrin,
mir den wahren Gehorsam
und die wahre Demut des Herzens zu erwirken,
damit ich mich selbst klar erkenne als schwacher und
elender Sünder, unfähig,

non solum ad faciendum quodcumque opus bonum,
sed etiam ad resistendum continuis impugnationibus,
sine gratia et adiutorio creatoris mei,
et sanctis precibus tuis.

Impetra mihi etiam, o domina mea dulcissima,
perpetuam mentis et corporis castitatem:
ut puro corde et casto corpore,
dilecto filio tuo et tibi in tuo ordine valeam deservire.

Obtine mihi ab eo voluntariam paupertatem
cum patientia et mentis tranquillitate,
ut labores ejusdem ordinis valeam sustinere,
et pro salute propria et proximorum valeam laborare.

Impetra mihi etiam, o dulcissima domina,
charitatem veram, qua sacratissimum filium tuum dominum
nostrum Jesum Christum toto corde diligam:
et te post ipsum super omnia;
et proximum in Deo et propter Deum.
Sicque de bono ejus gaudeam,
de malo doleam,
nullumque contemnam,
neque temerarie judicem,
neque in corde meo alicui me praeponam.

Fac etiam, o regina caeli,
ut dulcissimi filii tui timorem pariter et amorem semper in
corde meo habeam;
et de tantis beneficiis mihi,
non meis meritis,
sed ipsius benignitate collatis,
semper gratias agam:
ac de peccatis meis puram et sinceram confessionem,
et veram poenitentiam faciam,
ut suam consequi merear misericordiam et gratiam.

Oro etiam,
ut in fine vitae meae, caeli porta et peccatorum advocata,
me indignum servum tuum a sancta fide Catholica deviare
non permittas;

nicht nur irgendein gutes Werk zu vollbringen,
sondern auch den ständigen Angriffen Widerstand zu lei-
sten,
ohne die Gnade und den Beistand meines Schöpfers
und deiner heiligen Fürsprache.

Erwirke mir auch, o meine süßeste Herrin,
stete Keuschheit des Geistes und des Körpers,
auf daß ich reinen Herzens und keuschen Leibes
deinem geliebten Sohn und dir in dem Dir geweihten
Orden zu dienen vermag.

Erwirke mir die freiwillige Armut,
gepaart mit geduldigem, ruhigem Geiste,
auf daß ich in diesem Orden meine Arbeiten
zu meinem eigenen Heile und zu dem meiner Nächsten
auszuführen vermag.

Erwirke mir auch, o süßeste Herrin,
die wahre Liebe, um deinen allerheiligsten Sohn, unseren
Herrn Jesus Christus
und dann dich selbst
und den Nächsten in Gott und wegen Gott aus ganzem
Herzen über alles zu lieben,
und daß ich mich so an dem Guten erfreue
und wegen des Bösen bekümmere,
niemanden verachte,
niemanden grundlos verurteile
und niemanden im Herzen vorziehe.

Erwirke auch, o Himmelskönigin,
daß ich in meinem Herzen stets die Liebe zu deinem süßesten
Sohn und die Furcht vor ihm in der gleichen Weise hege,
daß ich ihm ständig Dank sage
für so viele Wohltaten,
die ich nicht wegen meiner Verdienste,
sondern nur durch Seine Güte empfangen habe,
und daß ich meine Sünden ehrlich und offen bekenne
und echte Buße leiste,
um dann seine Barmherzigkeit und Gnade zu verdienen.

Schließlich bitte ich Dich,
Pforte des Himmels und Fürsprecherin der Sünder,
nicht zuzulassen, daß ich, dein unwürdiger Diener, am Ende
meines Lebens vom heiligen katholischen Glauben abirre;

sed tua magna pietate et misericordia mihi succurras,
et a malis spiritibus me defendas:

ac benedicta filii tui gloriosa passione,
etiam in tua propria intercessione spe accepta,
veniam de peccatis meis ab eo mihi impetres,
atque me, in tua et ejus dilectione morientem,
in viam salvationis et salutis dirigas.

Amen.

*(Lateinischer Text: Piaae Preces, in: Thomae de Aquino,
Opuscula theologica, vol. 2, ed. R.A. Verardo/R. Spiazzi,
Rom – Turin 1954, 283-289)*

hilf mir vielmehr in Deiner großen Güte und Barmherzigkeit
und verteidige mich gegen die bösen Geister,
auf daß ich hoffenden Herzens
durch das glorreiche Leiden deines gebenedeiten Sohnes
und durch deine Vermittlung
von ihm die Vergebung meiner Sünden erlange,
und daß ich in seiner und deiner Liebe sterbe
und von dir den Weg der Erlösung und des Heils geleitet
werde.

Amen.

(Deutsche Übersetzung: Willi Reich)